

TH. XXXV.

Si bonorum possessione accepta filius emancipatus abstinuit se hereditate, mater succedit, sed si fuerit rursus immixtus, rursus debet abstinere. *l. 2. §. 10. ff. ad Scēt. Tertull.*

TH. XXXVI.

Si quis ex liberis, dum est in utero, in possessionem missus sit, & ante bonorum possessionem acceptam decesserit, matri non nocet, si non ius patri agnascatur. Idem in iuriato obtinet. *l. 2. §. 11. ff. ad Scēt. Tertull.*

TH. XXXVII.

Liberi defuncti, sui quidem, obstabunt matri ejus, tam virilis sexus, quam foemini, tam naturales quam adoptivi, matremque excludunt: bonorum possessores etiam non sui: & quidem soli naturales. Adoptivi autem liberi post emancipationem ita admittuntur, si ex liberis naturalibus fuerint. *l. 2. §. 6. ff. ad Scēt. Tertull.*

TH. XXXVIII.

Si non sit solus iste filius heres, qui omittit legitimam hereditatem, sed sunt, qui cum eo admittantur, nec in partem eorum mater erit vocanda. *l. 2. §. 14. ff. ad Scēt. Tertull.*

TH. XXXIX.

Admonendi autem sumus, parentum liberorumque personas semper duplicari: avum enim & aviam tam paternos quam maternos intelligemus. *l. 3. §. 2. ff. de Grad.*

TH. XL.

Si Spurius intestatus decesserit, jure consanguinitatis aut agnationis hereditas ejus ad nullum pertinet, proximitatis autem nomine mater ejus possessionem vel successionem petere potest. *l. 4. ff. unde cognat.*

TH. XLI.

Nam in successione ascendentium maternorum filium vel filiam accipere debemus, sive juste sint procreati, vel vulgo quaesiti. *l. 2. §. 1. ff. ad Scēt. Tertull.*

TH. XLII.

Impuberem, cui pater secundas tabulas fecit, tunc certum est, intestatum decessisse, cum omiserint substituti hereditatem ejus, quare & si impubes arrogatus sit, dicendum est, matrem ad bona ejus admitti, quæ haberet, si intestatus decessisset. *l. 2. §. 5. ff. ad Scēt. Tertull.*

B

XLIII.